

\_Lettera\_N\_2146

Dichiarazione per un chierico ...

Datum Taurinii, ante diem 5 mensis julii anni 1875 Dilecto nobis clerico N. N. in Christo salutem

Quoniam religionum moderatores maximam curam gerere debent de iis quae ad majorem Dei gloriam et sui instituti finem conferre censentur, Nobis in Domino bonum visum est te ad Sacram Tonsuram cum quatuor Minoribus aut ad sacrum Subdiaconatum esse admittendum. Ideoque declaramus te nostrae congregationis clericum professum perpetuum, legitimis natalibus ortum, sacro chrismate immetum, bonis moribus praeditum in aetate ab Ecclesia praescripta institutum nullo impedimento detineri quin ad Sacros Ordines promovearis.

Quapropter te humiliter apud quemcumque Episcopum cum Ecclesia catholica communionem habentem et praecipue apud Rev. mun... commendamus, ut pro Nostrae salesianae congregationis necessitate Tonsuram cum quatuor Minoribus vel Subdiaconatum ab Eo petas atque suscipere valeas.

Sac. Gio. Bosco